 « est eiusdem aperiendam ascenderet, voluit Plato quod Socrates magister suus



« Plato secutus in hoc sensili mundo quasi in digniori et excel-
 « lentiori quadam re publica digniorem et excellentiorem iu-
 « sticiam, videlicet naturalem, investigavit qua hic sensilis
 « mundus regitur. Materia est generatio sensilis mundi in qua
 « investigatur naturalis iusticia. Finis est cognitio naturalis
 « iusticie. Ad illam partem que est ethica respicit inquantum
 « nos instruit ad cognitionem morum et iusticie amorem. Phi-
 « sice supponitur ubi tractat et aperit nobis geometricas, musicas
 « et aliarum artium rationes. Ad loycam quoque spectat quando
 « loquitur de intelligibilibus rebus. Calcidius, cum partem
 « hanc librorum Platonis transtulisset, scribit Osio episcopo
 « litteras has: *Ysocrates* et cetera, in quibus ostendit quod licet
 « hoc opus difficile fuisset, tamen propter eius amicitiam ag-
 « gressus est transferre, et quod amicitia difficiles res reddat
 « faciles ostendit, premissa similitudine virtutis »⁽¹⁾.

Segue la glossa alle prime parole del testo (*Unus, duo, tres* ecc.), che permette di ribadire la connessione tra il *tractatus de positiva iustitia* e quello *de naturali iustitia*: « Plato volens
 « accedere per positivam iusticiam ad naturalem de qua in-
 « tendit, inducit Socratem magistrum suum disputantem de

« intactum relinquerat suscipere, idest de iusticia naturali, disserere. . . Deus hunc
 « mundum et omnia que in mundo sunt dando unicuique quod suum est iuste
 « creavit. Asserit namque quod quemadmodum <Deus> in sua dispositione nichil
 « ordinavit iniuste sed omnia dando unicuique quod suum est iuste formavit,
 « itaque unusquisque homo suo in opere quod iustum est debet facere unicuique
 « quod suum est dando» (c. 1 r); cf. c. 2 r: « Socrates tractavit de positiva iu-
 « sticia qua fruuntur homines inter se depingens quandam rempublicam in qua
 « consideravit eam. Et hec positiva cum sit a naturali qua fruuntur inter
 « se dii, restabat ut de alia tractaret. Sed hanc inquisitionem suo ingenio
 « reputans altiore, Thymeo, Critie et Hermocrati, discipulis Platonis, reliquit
 « investigandam». Questo ms. cartaceo è di mano di Antonio da Romagno
 di Feltre che lo ha firmato (sulla figura di questo umanista, morto probabil-
 mente prima del 1409, cf. R. SABBADINI, *Antonio da Romagno e Pietro Marcello*,
 in *Nuovo Archivio veneto*, N. S., XXX, 1915, pp. 207-246; per il ms., p. 211).

(1) Vind. lat. 278, f. 1 v-2 r. Le glosse contenute in questo ms. si trovano anche nel Vat. lat. 2063 (per il testo qui pubblicato, f. 1 r) che appartenne al Salutati e venne segnalato dal KLIBANSKY (*Continuity*, cit., pp. 29-30; cf. *Proceedings of the British Academy*, 1948, annual report, p. 9).

« positiva iusticia cum Thimeo et aliis qui erant discipuli Pla-
 « tonis; Thimeum autem respondentem ei de naturali iusti-
 « cia. Et representat hic Plato verba sua sub sermone scilicet
 « habito de re publica. Hos autem introductos a Platone non
 « habet veritas sic disputasse. Hunc vero librum ideo intitu-
 « lavit Plato sub nomine Thimei quia mos erat phylosophis
 « intitulare nominibus discipulorum propter devitandam iac-
 « tantiam et maioris auctoritatis gratia ⁽¹⁾.

« Ideo a numero hic liber incipit quia conditor mundane
 « molis numerum voluit habere exemplar in omni opere suo ut
 « etiam hic notetur perfectio operis. Et ab uno ideo quia unus
 « factor omnium que sunt. A duobus et a tribus quoniam hic
 « tractatur de omni alteritate que ab uno, idest deo, descen-
 « dit, sicut a monade omnis alteritas numeri deducitur. Quartus
 « hac ratione subtrahitur numerus ut senarii numeri perfectio
 « remaneat per quod hi tres perfecti notantur in scientia de
 « naturali iusticia. Nam si non subtraheretur denarius rema-
 « neret, quem constat esse imperfectum quia divisus non resti-
 « tuitur sicut senarius in perfectas resolvi potest partes que
 « coacervate faciunt primum perfectum numerum, idest se-
 « narium » ⁽²⁾.

(1) Cf. GUGLIELMO DI CONCHES, *In Timeum*, ms. Marciano, f. 4 v:
 « Titulus talis est: Incipit Thimeus Platonis. Dicunt quidam quod thimo inter-
 « pretatur vivo (*sic*) vel animal, inde Thimeus dicitur liber iste quia agit de magno
 « animali, de mundo sensili. Alii dicunt quod thimo est floreo inde Thimeus
 « quasi flos Platonis, quia est flos totius philosophie. Sed quod melius: mos
 « Platonis erat intitulare [ms. *intitulabat*] libros suos a nominibus discipulorum
 « tribus de causis, videlicet ut honorem discipulis conferret, vel ut arrogantiam
 « vitaret vel ut occasionem reprehendendi emulis subtraheret. Solebat enim
 « Aristoteles qui suus erat discipulus ex invidia suis in omnibus operibus detra-
 « here». Cf. GRABMANN, *Mittelalterliches Geistesleben*, cit., p. 196.

(2) Vind. lat. 278, f. 3 v; Vat. lat. 2063, f. 2 v-3 r. Questa stessa glossa
 si trova nell'anonima compilazione, probabilmente del XII secolo, che va
 sotto il titolo *De mundi constitutione*, edita nella *P. L.*, 90, 881-910, tra le
 opere di Beda (cf. bibl. più oltre, p. 97 n. 2). Come ha ben visto il GARIN (*Con-
 tributi*, cit., pp. 69-70), alla fine essa contiene glosse disordinate al *Timeo*.
 Vale la pena riferire la glossa relativa alle prime parole del dialogo platonico,
 per rilevare anche i notevoli errori di trascrizione che viziano il testo del *De*

Segue evidentemente i primi capitoli di Calcidio anche l'anonimo autore del commento conservatoci nel Vind. lat. 2376,2 e nel monacense lat. 540 B ⁽¹⁾:

« Socrates de re publica X libris disputavit a quo tractatu
 « ad hunc incidenter descendit, scilicet ut determinaret quid
 « posset et quibus maxime prodesset iusticia, de qua questio
 « erat. Trasimachus enim orator dicebat eam maxime prodesse
 « his qui plus possent; Socrates econtra his qui minus possent,
 « quod ut confirmaret elegit vim iusticie assignare non in pri-
 « vata re alicuius sed in quadam civili re publica quam cum
 « iusticia, idest administratam bonis moribus, rectis institutis
 « et legibus, iocundam et felicem fore cognovit, remotis illis

*mundi constitutione: « Unus duo <tres>. Ideo a minimo hic liber incipit quia
 « conditor humanae molis numerum voluit habere exemplar in omni opere suo,
 « ut [P. L. ubi] etiam in his notetur perfectio operis, et ab uno, id est a Deo, quia
 « unus est factor omnium quae sunt, a duobus et a tribus, quoniam hi trac-
 « tant de omni alteritate, quae ab uno, id est a Deo, descendit, sicut a mo-
 « nade omnis alteritas mundi ducitur. Quartus hac ratione subtrahitur nu-
 « merus, ut senarii numeri perfectio [P. L.: perfectius] remanea[n]t quia hi
 « tres perfecti notantur in scientia de naturali iustitia. Nam si non subtra-
 « heretur, denarius remaneret, quem constat esse <im>perfectum quia divi-
 « sus non restituitur, sicut senarius in perfectas [P. L.: imperfectus] resolu-
 « tur [per] partes, quae coacervatae faciunt [im]perfectum numerum, id
 « est senarium» (P. L., 90, 905).*

Cf. ms. Oxford, Digby 23, f. 4 v: « Utitur dialogo et ponit senarium
 « numerum ut operis designet perfectionem, quia sicut ille numerus est perfec-
 « tus et constat ex suis partibus, ita hoc opus perfectum est et sic constat ex
 « suis partibus ut nichil infra sit quod non sit necessarium nec aliquid ex-
 « crescat quod non sit superfluum». All'incipit del *Timeo*, ripetendo la consueta interpretazione, si riferisce ONORIO « AUGUSTODUNENSIS » nel suo commento all'*Hexaemeron* (P. L., 172, 263): Senarius numerus « qui in numeris
 « ideo perfectissimus memoratur eo quod suis partibus per omnia compleatur.
 « In unitatem quippe et binarium et ternarium solvitur, et ab eisdem in inte-
 « grum restituitur. Unum enim et duo et tria sex faciunt. Quam regulam
 « peritissimus philosophorum Plato non ignoravit, qui ob perfectionem eiusdem
 « numeri librum suum sic: unus, duo, tres, inchoavit».

(1) Nel Vind. lat. 2376, 2 (f. 19 r-31 v) il commento si interrompe a *Timeo* 42 B; nel Clm 540 B (f. 1 r-38 v) è invece completo. In questo manoscritto monacense seguono, nei f. 38 v-39 v, alcune note: per esempio « Nota
 « quatuor figuras in compositionem anime depictas . . . ; Nota Platoni consen-

« exitiabilem et miseram. Urbem igitur talem sic adumbravit
 « cuius exemplum in mundo invenire non potuit, in qua plene
 « vim iusticie positive quesitam invenit. Est iusticia qua da-
 « tur unicuique quod suum est: huius alia species positiva, idest
 « consuetudinaria, pertinens ad hominum instituta tam scripta
 « quam non scripta; alia naturalis, que docet reverentiam deo
 « et maioribus exhibere, parentibus pietatem, dilectionem di-
 « ligendis communicare. Positiva spernenda fugere mores
 « instruit, maxime ex timore, scilicet ex meritis penas pensans
 « et premia. Naturalis deo communis et hominibus ex dilectione
 « magis operatur, fugiens fugienda, petens petenda. De qua
 « Horatius ⁽¹⁾: “ Oderunt peccare boni virtutis amore ”. Cum
 « ergo Socrates rem publicam adumbratam tum positiva iusticia
 « tum aliis administrari decem libris docuisset, superesset
 « vero naturalis inquisitio iusticie que fons est et origo positive,
 « reputans ipse Socrates sibi onerosum simul etiam fatigatus
 « predicta librorum serie, aliis illud investigandum reservavit.
 « Plato autem quod magister dimiserat suppleri volens de na-
 « turali egit iusticia; non tamen statim ab ea incipiens sed com-
 « modum faciens descensum, de positiva premitit quam plene
 « exerceri in veteribus Athenis firmavit, quam urbem exem-
 « plum urbis a Socrate effigiate in actu esse repperit. Item ut

« tire hebraicam philosophiam . . . ; Nota celum diverso modo a philosophis
 « accipitur . . . Nota dum planete nituntur contra aplanon . . . ». Seguono
 poi, nei f. 39 v-43 v, tre glosse tratte dal commento di Guglielmo di Conches:
 una molto ampia sull'*anima mundi* (f. 39 v-43 r, *Hucusque de causis . . .*), che
 corrisponde al ms. Marciano f. 40 v-48 r (il principio è nell'ed. PARENT, pp. 165,
 31-170, 27); una seconda, breve, *de somniis*; e una terza sulla materia prima
 (f. 43 r-43 v), che corrisponde al Marciano f. 81 v-82 v, brano edito più
 oltre, pp. 108-110. Nella glossa sull'*anima mundi* vi è una breve ma interes-
 sante variante rispetto al testo di Guglielmo, nella quale l'identificazione del-
 l'*anima mundi* con lo Spirito Santo è messa sotto l'*auctoritas* di Agostino « qui
 « dixit se invenisse in verba Platonis fidem trinitatis » (f. 39 v).

Si noti che sono tratte da Guglielmo di Conches anche le glosse che ac-
 compaiono il *Timeo* nel manoscritto Oxford, Digby 217 (f. 98 v-110 v; le
 glosse sono fino al f. 101 r, *Timeo* 23 E); il maestro di Conches è esplicitamente
 ricordato al f. 98 v a proposito dell'oggetto del dialogo che è *de mundi creatione*.

(1) ORAZIO, *Epist.*, 1, 16, 52.



« evidens faciat totum quod diximus, Plato inducit Socratem
 « colloquentem quibusdam philosophis et statum rei publice
 « sic depicte memorantem paucis a quibus etiam exigit eius
 « exemplum actu reperiri et de naturali iusticia suppleri, quod
 « in parte non translata aperitur. Et quia Plato de na-
 « turali iusticia plene agere voluit a genitura sensilis mundi
 « cepit. In cuius creatione, partium ordinatione et celestium
 « et non celestium discretione, naturalis vim iusticie docuit
 « qua creator erga creaturam usus est, ex sola dilectione
 « tribuendo quod suum est cuique naturaliter. Deinde creatis
 « hominibus moribus eos instruit, virtutibus exornat sic osten-
 « dens quando naturalis iusticia maxime viguit in hominibus,
 « scilicet etate prima, et per hec omnia nos invitat ad natu-
 « ralis exercitium iusticie. Materiam igitur habet natura-
 « lem iusticiam; quod enim de positiva inserit incidens est.
 « Intentio eius est tractare de ea, scilicet instruere nos ad cul-
 « tum naturalis iusticie. Modus est quem prenotavimus. Uti-
 « litas vero, quid valeat, quid conferat usus naturalis iusticie.
 « Ponunt alii materiam rem publicam de cuius diligenti admi-
 « nistratione tum per naturalem et principalem, tum per po-
 « sitivam iusticiam dicunt eum laborare, quod etiam firmant
 « per Macrobius dicentem “ Inter Platonis libros quos de re
 « publica scripsit ” et cetera. Secundum quod intendit docere
 « nos qualiter sciamus administrare rem publicam; finis est asse-
 « qui fructum quem promittit Macrobius rectoribus et conser-
 « vatoribus rei publice ⁽¹⁾. Vel secundum alios ⁽²⁾ principalis
 « materia est generatio sensilis mundi in qua investigatur na-
 « turalis iusticia per quam dii concordant inter se et hic mundus
 « et que sunt eius ab illis reguntur concorditer. Nam licet ele-
 « menta quasdam habeant contrarias qualitates, nunquam ta-
 « men una transit in officium alterius. Est autem secundum
 « hos naturalis iusticia rerum omnium concordia, genus sci-
 « licet positive. Subponitur vero ethice secundum quod de

(1) MACROBIO, *In Somnium Scipionis*, I, 1; I, 4; ed. EYSSENHARDT, pp. 476 sgg.; 489-90.

(2) Cf. ad esempio la glossa del Vind. lat. 278, ed. sopra, p. 64.

« naturali iusticia vel de ordine rei publice agit; respicit loycam
 « cum per aliorum sententias suas firmat rationes; ad physicam
 « tendit cum de planis figuris et solidis corporibus, de incorpo-
 « ratione anime mundane et aliarum earumque motu perpetuo
 « et stellarum discursibus ratis et errantibus loquitur. Unde
 « servata omnium artium fere ratione hoc opus non rudibus sed
 « in quadruvio promotis elaboratum est. Ut si que questiones
 « in musica et in aliis oriuntur, domesticis rationibus, scilicet
 « musicis, arithmetiis et ceteris, solvantur. Quare iste liber
 « difficilis apud antiquos habitus est nec a multis probatus quia
 « pauci in his questionibus explicandis valebant⁽¹⁾; fuit et
 « intraslatus usque ad tempus Osii hispaniensis episcopi qui
 « videns utile esse latinis si transferretur a Calcidio archidia-
 « cono seu amico suo hoc optinuit. Qui, difficultatem operis
 « attendens, primam partem libri tantum apud grecos trans-
 « tulit, et in eadem commentatus non ubique nec continue sed
 « ubi opus fuit, misit eam domino et amico suo cum hac epi-
 « stula *Isocrates* »⁽²⁾.

E ancora poco oltre, con la spiegazione del titolo, torna la connessione tra la *Repubblica* e il *Timeo*:

« Incipit *Thimeus* Platonis. Plato per involucrum cuiusdam
 « convivii tractat predictam materiam. Volens enim per po-
 « sitivam iusticiam accedere ad naturalem, de qua intendit,
 « inducit Socratem magistrum suum pridie *Thimeo* cum quibus-
 « dam aliis dedisse epulum, idest tractatum de positiva iusticia,
 « hoc pacto, ut sequenti die epulum illud recompensarent in
 « re inveniundo rem publicam quam depinxerat et de naturali
 « supplendo iusticia; et memorat per propria verba sententias

(1) Cf. CALCIDIO, *In Timeum*, I, p. 181.

(2) Vind. lat. 2376, 2, f. 19 r-19 v; Clm. 540 B, f. 1 r-2 r; cf. l'epistola di Calcidio, ed. cit., pp. 147-148. Alcuni mss. leggevano *I Socrates* e GUGLIELMO DI CONCHES nota: « Quidam legunt in hoc loco Socrates et dicunt additam esse i
 « litteram ad designandum proprium nomen vel cognomen, postea vero vicio
 « scriptorum coniunctionem esse factam huius littere scilicet cum Socrate, quod
 « falsum est. Iste namque fuit Isocrates de quo cum arte rethorica floreret
 « ait Tullius [*De Oratore* III, 141] turpe est Aristotelem tacere Isocratem vero
 « pati dicere » (ms. Marciano, f. 5 r).



« Socratis de ordine rei publice habitas. Inducit etiam sub
 « dialogo Thimeum et alios Socrati respondententes et debitum con-
 « vivium ei solventes; quos non habet veritas sic disputasse,
 « sed cum sint tria genera poematum (enarrativum quando ex
 « propria persona auctor loquitur, activum quando per intro-
 « ductas personas agit, commune quando per utrasque), hic
 « Plato insistit activum genus. Inscrispsit etiam hoc opus no-
 « mine Thimei discipuli pro more philosophorum, vitando scilicet
 « arrogantiam, vel ideo ne per appositionem nominis sui emulos
 « contra se incitaret sicut Apostolus tacet nomen suum ad He-
 « breos, vel etiam ne Socrati magistro contraire vel preferri
 « videatur, qui non Platoni sed Thimeo hoc iniunxerat. Sed
 « quia Thimeus non sufficebat tanto operi, Plato locum pera-
 « git discipuli, salva reverentia magistro Socrati; vel dicitur
 « liber iste Thimeus idest animal quia de generatione mundi
 « quod est maius animal agit.

« Quod vero sic incipit *unus, duo, tres*, innuit ipsos phi-
 « losophos pridie refectos a Socrate suo die convenisse ad sol-
 « vendum Socrati convivium. Unde Socrates numerans illos
 « qui suo interfuerant convivio requirit unum quem sentit
 « abesse; non forsitan realiter sed sub significatione, nam sub-
 « tracto quarto remanent partes que coniuncte faciunt primum
 « perfectum numerum idest sex, et ideo a perfecto incipit ut
 « notet perfectionem operis, vel ideo quartum voluit abesse
 « quia tractaturus erat de anima que ex tribus primis conso-
 « nantiis primo loco figuratur constare, scilicet diatessaron
 « diapente diapason, vel ideo quia in his tribus numeris magna
 « vis perpenditur. Unitas enim est omnium fons numerorum,
 « binarius ternarius primi sunt qui in se ipsos et alter in alte-
 « rum multiplicati firmam faciunt connexionem, sicut bis bini
 « bis, ter terni ter, bis bini ter, ter terni bis, que tam firma et
 « solida conexio presenti operi de mundi genitura agenti bene
 « convenit: quod per tres auditores notatur. Si vero Socratem
 « cum tribus consideres quatuor sunt, in quo numero omnes mu-
 « sicas consonantias vel proportionales invenies: duo enim ad
 « unum duplus est scilicet diapason, tres ad duo sesqui-
 « quarta idest diapente, quatuor ad tres sesquitercius idest

« diatessaron, ad unum idem quatuor quadruplus idest bis
 « diapason; quibus simphoniis mundi fabricam constructam esse
 « docebit. Non sine causa ergo quartus auditor subtractus est.
 « Hunc quartum dicunt fuisse in re Platonem qui pro magistri
 « reverentia subtraxit se ne videretur se illi preferre si suppleret
 « quod magister non poterat; sed totum in significatione melius
 « videtur esse dictum »⁽¹⁾.

Gli stessi temi, sempre in dipendenza dai primi capitoli del commento di Calcidio, si articolano nell'*accessus* delle glosse al *Timeo* contenute nel ms. lat. 16579 della Biblioteca Nazionale di Parigi, che appartenne a Gerardo d'Abbeville:⁽²⁾

« Calcidius utriusque lingue, grece scilicet et latine, peri-
 « tissimus, librum istum, quem ex more aliorum philosophorum
 « Plato sub persona Thimei discipuli sui apud Grecos conscrip-
 « serat, de greco in latinum in prima eius parte transtulit.
 « Ex quo omnium fere philosophorum pendent sententie, quippe
 « cum status ac natura omnium rerum in eo comprehendantur,
 « utpote de planis figuris et solidis corporibus, et de incorpora-
 « tione anime eiusque agitatione perpetua, ac de discursibus
 « stellarum, ratarum scilicet ac erraticarum, omnium fere ar-
 « tium ratione servata. Unde hoc opus non instruendis, sed in
 « his artibus iam promotis elaboratum videtur, qui quoniam
 « pauci sint, ideo a multis non probabile iudicatur hoc opus. Qui-
 « bus occurrendum erat artificialibus remediis et domesticis
 « probationibus ceterarum disciplinarum utpote arimeticæ, mu-
 « sicæ, astronomie [musicæ], geometrie.

« Quam difficultatem attendens Calcidius primam illius
 « libri partem cum apud Grecos transtulit ac in eadem commen-
 « tatus, non tamen ubique nec continue sed ubi opus fuit, mi-
 « sit illam domino et amico suo Osio hispaniensi episcopo cum
 « hac premissa epistula in qua commendat amicitiam, virtuti
 « comparando eam, quia sicut res quasi impossibiles ad pos-
 « sibilitatem redigit, ita ac amicitia. Dicit enim suum ad rem

(1) Vind. lat. 2376, 2, f. 20 r-v; Clm 540 B, f. 3 r-4 r.

(2) Come si legge nel primo foglio non numerato; e cf. KLIBANSKY, *The continuity*, cit., p. 29.



« tam arduam non suffecisse ingenium, sed quod minus inge-
 « nium potuit, hoc amicitia tanti viri supplevit.

« Est autem ratio et intentio presentis operis agere de na-
 « turali iusticia, idest rerum omnium concordia, scilicet qua
 « fruuntur dii inter se et in gubernatione istius sensilis mundi
 « et omnia inter se elementa que, quamvis quasdam habeant
 « qualitates contrarias, nunquam tamen unum in naturam
 « transit alterius aut officium. Socrates enim X libros de re
 « publica fecerat in quibus commendavit positivam iusticiam
 « que a naturali tanquam species a genere descendit, et quia
 « de positiva tractaverat, restare videbatur ut et de naturali
 « tractaret; sed hanc inquisitionem ingenio suo reputans al-
 « tiorem, Thimeo, Critie et Hermocrati discipulis Platonis
 « investigandum reliquit. Materia huius libri sunt omnia ea
 « de quibus in presenti tractatur opere. Causa vero omnes illi
 « qui in hoc opere erant informandi, quod per quoddam in-
 « volucrum cuiusdam convivii opponitur nobis. Plato enim
 « sub persona Thimei introducit nobis Socratem magistrum
 « suum tribus illis prenominatis discipulis in transacto quodam
 « die dedisse convivium idest tractatum et disceptationem de
 « positiva iusticia, quod quia non adeo plene in una persona
 « tantum poterat eis ostendere, depinxit eis oratione per-
 « spicua quandam quasi rem publicam secundum positivam
 « iusticiam ordinatam, sed ea conditione ut tres illi, subtracto
 « quarto, in sequenti die convivium illud sibi recompensarent
 « ostendendo videlicet sibi in aliqua re publica vera hoc quod
 « ipse illis puro sermone depinxerat, et tractando etiam de natu-
 « rali iusticia a qua positiva descendit: sed pars ista, scilicet de
 « naturali iusticia, plenius invenitur in illa parte Platonis quam
 « non transtulit Calcidius. Scripsit autem hunc librum sub
 « persona discipuli sui Thimei vel quia mos erat aliorum phi-
 « losophorum sub persona discipulorum scribere, vel ideo ne per
 « appositionem nominis sui emulos suos excitaret contra librum
 « suum sicut et Apostolus nomen suum propter eandem cau-
 « sam in epistula ad Hebreos premittere noluit, vel propter
 « hoc etiam quia, si sub nomine suo scripsisset, quodam modo
 « Socrati magistro contraire videretur, qui non Platoni sed Thi-

« meo hoc iniunxerat. Sed quia tanto operi Thimeus sibi insuf-
 « ficiens videbatur, Plato loco discipuli tantum subiit onus,
 « salva auctoritate magistri Socratis. Quartum vero requiritur
 « non quasi nescius, sed ut lectori persuadeat inquirendum quem
 « ex industria et non sine ratione subtraxerat, non realiter
 « forsitan sed quantum ad numeri significationem. Omnibus
 « vero partibus philosophie subponitur: ethice, in quantum
 « de ordinatione rei publice loquitur; phisice, in quantum de ce-
 « lestium corporum concordia et de anime incorporalitate lo-
 « quitur; logice, in quantum per aliorum sententias suas con-
 « firmat rationes »⁽¹⁾.

2. — L'ORIGINE DEL MONDO.

Il principio fondamentale della cosmogonia platonica è espresso da Timeo sul principio della sua esposizione, subito dopo l'invocazione agli Dei:

« Est igitur, ut mihi quidem videtur, imprimis dividendum
 « quid sit, quod semper est, carens generatione: quid item, quod
 « gignitur nec semper est. Alterum, intellectu perceptibile,
 « et ductu, et investigatione rationis, semper idem. Porro al-
 « terum, opinione, cum irrationabili sensu, opinabile, propte-
 « reaque incertum nascens et occidens, neque unquam in exi-
 « stendi conditione constanti et rata perseverans. Omne autem,
 « quod gignitur, ex aliqua causa necessario gignitur. Nihil enim
 « fit, cuius ortum non legitima causa et ratio praecedat »⁽²⁾.

I commentatori medievali non si lasciano sfuggire l'occasione per trovare qui *in nuce* tutta la dottrina biblica della creazione: quattro sono le cause che stanno all'origine del mondo; di queste, tre eterne, incorruttibili, increate; la quarta invece creata, fondamento del divenire:

« *Est igitur:* Thimeus de naturali iustitia tractaturus ad
 « creationem mundi circa quam maxime <divina> apparet

(1) Parigi, Bibl. Nat., ms. lat. 16579, f. 1 v; e cf. il testo pubbl. a pp. 69-71.

(2) *Timeo*, 27 D-28 A; ed. MULLACH, p. 157





CONTINUA